

Johann Jacob Döbel

Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Jacobus Döbelius, Med. D.P.P. Poliater, & Facultatis suae p.t. Decanus, Ad exequias Rectoris Scolae Classicae Viri ... Dn. Blasii Grabii, Philosoph. Magistri probatissimi, a vidua moestissima hodie parandas, Omnes, omnium ordinum, Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoris die 15. Ianuar. Anno M.DC.LXIX.]

Rostochi[i]: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450534>


Druck Freier  Zugang




D ö b e l, J. J.,
in **B. Grabi**us.

R. 1669.

21





78.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,
Med.D.P.P. Poliater, & Facultatis

suæ p. t. DECANUS

Ad exequias

RECTORIS
SCHOLÆ CLAS-
SICÆ
VIRI CLARISSIMI



DN. BLASII
GRABII,

Philosoph. Magistri probatissimi,

à viduâ moestissimâ hodie parandas,

OMNES, omnium ordinum, Cives
ACADEMICOS, eâ, quâ fas est, Autoritate
& Humanitate invitat.

ROSTOCHI, Typis Johannis Kilii, Acad. Typogr.



AD Philosophia n veram ducturi olim hominem,
Sapientes Græcorum: aureum, ante omnia, il-
lud, & Divinum planè ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ,
NOSCE TEIPSUM, inculcabant. Tantæ, brevem i-
stam dictu, sed observatu difficillimam dictionem,
authoritatis, tantæ illam necessitudinis æstimabant:
uti ipsis quoq; eandem Apollinis Delphici templi fori-
b9 inscriberent, omniumq; istud ingredientium, oculis
pariter animisq; exhiberent. Videbant scilicet veri illi
PHILOSOPHI, neminem, qui se ignorat, quod publi-
cè Xenophon profitebatur, vel ad sui ipsius regimen,
vel ad familiæ, vel Reipublicæ gubernationem idone-
um fore. Quod si nos ipsorum ductu, in nos metipso
hodie descendamus, CIVES ACADEMICI, omnem vi-
tæ, corporisq; nostri statum, gloriã, pompam, & Majesta-
tem investigaturi, post diutinam tamen & studiosam
meditationem, Artifici tandem illi Florentino assentiri
cogemur: qui duo horaria, alterum arenarium, solare
alterum sepulchro suo incidi curabat, unicâ hâc dun-
taxat voce additâ: SUMUS. Horariorum alte-
rum umbras, alterum horas indicare vel discernere
solet, unde nullo quilibet negotiô imbecillitatis suæ ad-
monebatur, ut, quod figuræ volunt, ultrò inclamaret:
PULVIS ET UMBRA SUMUS.

Hunc

Hunc sacrum Philosophiæ gradum, quàm bellè
assecurus fuerit Scholæ nostræ Classicæ nuper
R E C T O R Clarissimus, nunc desideratissi-
mus D N. M. BLASIUS GRABIUS,
Philosophus planè insignis: unicum satis superq̃;
monumentū indicat, quod ipse sibi, quando ad-
huc in vivis erat, nunquam non & proprii sui, &
Scholastici pulveris memor, sequentibus conce-
pit, & post funera erigi rogavit:

Pulvis ego, scholico ducens in *pulvere* vitam

Olim, jam positus denuo *pulvis* ero.

Autor sim, fragilem mediteris, Care viator!

Vitam. Crede-mihi, nil, nisi *pulvis*, eris.

Ergo quid moritura caro, quid vane superbis

Pulvis? non curat mors *caliendra* tua.

In cœlis requies, S C H O L A, mansio, gloria
vera:

In cœlis nullo lux peritura die.

Gratia rara mihi; sat *pulveris* ac fœtoris

Semper erat: patiens attamen omnis eram.

Mercès in cœlis certissima: nemo coronâ,

Qui non certârit *perbenè*, dignus erit.

Tu quicumq̃; operare S C H O L I S, confide: Sat
æris

Dives eris: *brevis* est vita: *perennis* HONOS;

Vitæ autem ipsius curriculum, sic satis operosum,
si illustrare aveamus: ipse B. quoq̃; noster idem An.

M. D C. LXVI. mense Aprilis, ægrâ tunc tem-
poris manu consignatum, ita nobis reliquit:
Ego M. BLASIUS GRABIUS, Patrem, dum in-
vivo, ad nutum Dei, mecum erat. filiali ac debitô
amore venerabar MATTHÆUM Graben/
VIRUM LXXVI. annorum, Civem ac Cerevi-
fiarum, in Liberâ Imperiali MULHUSA Thu-
ringorum, haut postremum; Matrem ELIS A-
BETHAM Eilhardin/ Matronarum LXXII.
annorum, quæ de salute liberorum suorum nun-
quam non, ardentissimis ad DEUM precibus, dum
vivebat, sollicita erat. Ex his B. parentibus me-
is honoratissimis A. O. R. M. DC. XIV. d. 23.
Octobr. quæ Dies Dominica erat, post ortum
ferè Solis, primæ hujus lucis usuræ datus sum,
pauloq; post, per lavacrum Sanctissimæ Rege-
nerationis, gremio Ecclesiæ JESU CHRISTI
impositus. Pios majores non minùs gratâ re-
cordatione nominabam; AVUM quidem pa-
ternum, ejusdem cum Genitore nominis & fun-
ctionis, in urbe jam modò laudatâ, MATTHÆ-
UM Graben / Aviam paternam EMPELO-
NIAM, è Götzerodiorum pro sapiâ oriundam;
Avum autem maternum, LAURENTIUM
Eilhard/ in Seebach; Aviam maternam GER-
TRUDAM de Zengen. Infantiâ itaq; , &
pue-

pueritiâ, debitâ parentum curâ, intra privatos
parietes, quadantenus transactâ: Scholam pri-
mitus ingressus sum patriam, Gymnasiarchâ
M. GEORGIO-ANDREA FABRICIO,
P. L. C. Philosophô & Philologô longè celeberrimô;
Con-Rectore M. LUDOVICO *Starck*/
utrisq; Viris, decumanæ & pietaris, & eruditio-
nis. Quibus, *vñ cu ægrotis*, piis Formatoribus me-
is, prima utiq; pietatis & liberalium studiorum
fundamenta debeo: sciens, multisq; tandem
ipse expertus documentis, quantum interfit,
ubi, & à quibus à teneris erudiamur annis. Inde
parentum ac præceptorum suasu celebre Ham-
burgensium salutavi Gymnasium, sub Ephoratu
DN. JOAHIMI JUNGII, Phil. & Med. D.
A cujus, ut & cæterorum ibid. DNN. Professo-
rum, ore quum per triennium integrum pepen-
dissem, illico, Anno CHRISTI puta M. DC.
XXXVII. mense Aprili. ad Academiam hanc
Balthicam, tanquam uberiolem bonarum arti-
um mercaturam, bono cum DEO, discessi; Vi-
ri Clarissimi DN. M. PANCRATII AMSELII,
P. L. C. & Cant. Jacobæi, p. m. binis formandis
filiis opellam tum temporis meam locaturus.
Postidea, quantum hoc munus patiebatur me-
um, Collegiis etiam, uti vocant, publicis & pri-
vatis

ff. 51.
vatis interesse sedulo allaboravi, sub æterni
nominis Doctoribus & Professoribus, DN. JO-
HANNE QVISTORPIO, Seniore,
DN. JOHANNES COTHMANNO,
DN. PHILIPPO LAUREMBERGIO, &c.
Elapsô ita bienniô in eruditissimo hoc ROSE-
TO, ad duas simul functiones privatas, erudi-
endorum puerorum, aliò (Lubecam nempe,
& Tunderam in Holsatiâ) vocatus, morbô au-
tem præter spem ancipiti aliquot septimanis
correptus, & gravissimis tentationibus, non
pauca arcanioris sapientiæ, in Schola DEI mei,
edoctus, tandem autem, *ὄν θεῶν παλάμη*, iisdem-
satis feliciter liberatus, eam, quam Hol-
satiâ eminus ostendebat, mihi præoptavi sare-
ptam, penes Rever: DN. JOHANNEM KLAU-
DIUM, Pastorem Ecclesiæ Christi, in agro
Tunderensi, cordatum; ubi sacris subinde me-
ditationibus, piis cum Dn. Hospite colloquiis, &
ultrò citroq; ad populum concionibus habitis,
animum, variis adhuc tentationibus fluctuantem,
non parùm corroboravi; donec à quinquen-
nio, ob insperatum eâ tempestate bellum, caram
Holsatiâ, cum Megapoli multò cariore commu-
tare iterum adductus, ROSTOCHIUM, saliente,
quod ajunt, revisi ocellô, Ast, Divinô plane nutu,
in-

interjecto brevitépore, me, in patriam abituri-
entē, Illustris Schola GUSTROVIENSIS ad laboriosif-
simam revocavit, & sibi quasi mancipavit, spar-
tan. Quippe Succentoris ibidem onera initiō
non subire fugiens, brevi post Sub Rector, ulte-
riusq; Con-Rector audiebam; donec ærumnā
hæc, per quindecim annos, in pulvere illius Scho-
læ excussā, singulari DEI pronœā, ab Amplissimo
Senatu Rostochiensis vocatus, Scholæ ejusdem,
Classicæ Rector, in Templo, Scholæ contiguo,
ab Adm. Rever. DN. EPHORO tūm temporis,
DN. DOCTORE CASPARO MAURITIO,
cæterisq; æternū venerandis DNN. SCHO-
LARCHIS, Anno Christi M DCLIX. d. XIV. Julii,
ritu solenni, publicè renunciarer. Mirificantis
hinc DEI, magis magisq; exosculat⁹ benignitatem,
ipse parieti museoli mei borealis, conscientiā sic
jubente, Germanica hæc adscripsi verba, Gen. 32.
10. **HERR!** *Ich bin zu gering aller Barmherzig-
keit und Treue/ die du an deinem Knecht gethan
hast.* Hæc uti sunt verba Patriarchæ sanctissi-
ma, & maximè emphatica, ita mihi cottidie fuē-
re oculiferia, cum iterato hoc cordis suspirio:
יְהוָה יְהוָה מִכְּרָךְ Anno eodem, d. 25. Octobr. Hiob. 1. 17.
unā cum aliis DNN. Competitoribus, Magisterii
Philosophici insignitus sum titulō; non sanè

ex

ex intempestivo aliquo honoris illius pruritu, sed partim benivolentissimâ, eò tempore, Facult. Philosoph. DECANI, DN. M. ANDREÆ TSCHERINGII, b. m. invitatione metricâ, &, uti erat Viri Humanissimi ingenium, persuasione amicissimâ; partim etiam, id exigente novâ nuper mihi commissâ spartâ. Officio ita sanctissimè mihi demandato, quò præfuerim Zelò fructuq; ipsi, quos pavi, agnelli mei, & alii, loquantur. **Man suchet nicht mehr an den Haushaltern / als daß sie treu erfunden werden.** Varias equidem subinde expertus sum suggillationes & calumnias, eorum potissimum, quibus magis invidia proximi, quàm gloria Altissimi DEI curæ est; tamen veram his potiùs resipiscentiam, & benedictionem JESU mei ditissimam, quàm ultionem exoptans, alacriter in hâc infirmitate mea mihi demandatum peregi officium, subinde ruminans illud: vitemus oculos hominum, si linguas eorum minùs vitare possumus. Apophthegmata mea cottidiana hæc erant solatiolocò: **Gloriatio mea in DOMINO.** Ἐκαστος, καθὼς ἔλαβε χάρισμα. **Patientiâ pax paratur, NB. Obs gleich 3. harte P seyn.** Asylum verò meum in omnitribulatione, angustia, & labore Propheticum illud erat ἀζύγιον:

1. Cor. 4. 2.

Pl. 115 7.
1. Pet. 4. 10.

שׁוֹב יְהוָה לִמְנוּחָיו בְּיוֹם צָרָה

וַיִּרְעַח חֲסִי בֹו:

Nah. i. 7.

Der **HEXX** ist gütig und eine Feste zur Zeit der
Noth/ und kennet die auff **Ihn** trawen.

Unde, Concionis quoq; meæ funebris, materiem
sacram, elegi versiculum 8. Psalmi 62. Davidis:
Bey **GOTT** ist mein Heyl/ meine Ehre/ der Fels
meiner Stärke/ meine Zuversicht ist auff **GOTT**.
Hinc Symbolum meum: Bey **Gott** Mein Trost.
Viram quod attinet meam Conjugalem, Anno
M. DC. XLVI. d. 12. Maji, DEO ita disponente,
Honestissimam Fœminam **IL SABEN** **Wiet-**
manns/, Senatoris quondam & Secretarii Reip.
Gustroviensis Gravissimi filiam; viduam autem,
per Septennium, exobitu mariti b. m. Eximii
DN. ABRAHAMI **Xumbheldens**/ Not. C. P.
in uxorem, & aliquod molestiarum, hujus vitæ,
levamen mihi elegi. Quod ipsum conjugium,
prolis quidem, attamen haut amoris sterile fuit
infucati. Tu ô bone **JESU**! uti dilectissimæ
uxori meæ, jam viduæ tristissimæ, solatio sis & au-
xilium certissimo, sanctissime precor!

De morbi mortisq; **VIRI** hujus, genere, si no-
visse quæpiam desideremus: biennium est, &
quod excurrit, quô fessus ille labore Scholasticô,

B

in

in hortum, & dibus suis contiguum, animum re-
laxaturus, se receperat, putandaq; viti manum
ad morurus. Postquam autem, ad id negotii sca-
larum ope indigeret, applicatione earundem
violentiori, claviculam sibi dextram aliquatenus
deprehendit luxatam. Quantos verò ex eadem
sustinuerit dolores, omnium optimè intellexerit,
quisquis in aliâ corporis saltem parte luxationem
est expertus. Sed tamen, benedicente *Medicò*
Summò, successu tandem temporis, malum penè
totum jam videbatur superatum. Ante se-
mestre autem fortè accidit, uri, grandius quod-
dam Bibliorum volumen, majori conamine fibu-
laturus, denuò & strepitum, sive potius sonum,
quempiam, & dolorem continuo, in affectâ par-
te, acerbissimum, & motum tandem dextri bra-
chii vitiatum persentiret. Applicata sunt per qua-
tuor septimanas varia; postea verò Nos, vocati, of-
fendimus tumorem, in affectò locò, satis insi-
gnem, impotentiam ad caput brachium dedu-
cendi, cruciatus summos, & tonicam, in dextrò
juguli latere, convulsionem. Pronunciabamus
statim, Claviculam luxatam: cum tamen opti-
mè nossemus, quantos, simile in palæstrâ passus,
cruciatùs sustinisset Galenus, curatissimè ex-
pendentes, quam circa ejus curam, secundum
Hip-

Hippocratis jam effatum, falsi fuerint Aliptæ, & quam B. noster, in majores facile cruciatûs præcipitari posset, consilium tandem dedimus, quò, secundante JEHOVA, manum rursus admove- re capiti poterat, illudq; hisce tandem Præceptorislib. de Attic-text. 15. conclusimus verbis:

τὰ δὲ εἰ εἰδέναι χρὴ, καὶ πολεῖν, ὡς ἀσφαλῆα, εἰ ἄλλως ἐθέλεις, ὅτι βλάβη μὲν ἐδεμῆ, ἔτε μικρὴ, ἔτε μέγαλη τῷ ὄρω γίνεται ἀπὸ τῆς ἔρωμας, αἰχίον δὲ τὸ χειρίον. ἐδὲ γὰρ τῆς πὶ ὄσειν ἐς τὴν ἀρχαίην ἔδρην ὁμοίως ἂν ἰδρυνθεῖν, ὡς περ ἐπιφύκει, ἀλλ' ἀναγκὴ πλεον ἢ ἔλαστον ὀγκηρότερον εἶναι ἐς τὸ ἄνω.

Hæc probè nosse expedit, & velut certa prædicere, si alioqui voles, quod nullum detrimentum, neque parvū, neque magnum, humero ex hoc contingat, sed locus turpior evadat.

Neq; enim hoc os in pristinam sedem similiter firmari poterit, velut Natura exigit, sed necesse est, plus aut minùs tumidum esse, ad supernam partem.

Hoc itaq; prognosticò B. noster instructus, Collegarum nostrorum. Honoratissimorum, DN. D. BACKMEISTERI, & DN. D. WURDIGII, solertiæ est relictus.

Ast, vidère & hi, inanem prorsus operam se locaturos.

Quæ postea tentata sunt varia, intacta maneant: illud saltem innuim, non adeò facilem cuivis rudiori, etsi, nescio quid insulsi credulis obtrudenti, vilissimoq; tantùm lucello inhianti, fidem adhibendam esse.


mano

maño agitur, in quò non licet bis peccare.
Optima interdum Medicina est, Medicinâ non
uti. Postremò, quemadmodum fama est,
Paralyfi, affecti lateris, afflictissimus Noster fuit
correptus, quæ ipsum quoq; internecioni de-
dit. Quoniam autem corpus ejus sepeliendum
hodie efferetur, uti, frequenti deductioe no-
vissimum, desideratissimo Scholæ suisq; Viro,
honorem testentur Cives nostri, monemus:
relicta vidua, cæteriq; cognati su-
perstites obnixè rogant.

P.P. sub Sigillo Rectoris die 15. Januar.
Anno M. DC. LXIX.


Conventus fiet horâ primâ in Æde
Marianâ.







Hippocratis jam effatum, falsi fuc
 quam B. noster, in majores facile
 cipitari posset, consilium tandem
 secundante J E H O V A, manum r
 re capiti poterat, illudq; hisce t
 ptoris lib. de Attic. text. 15. concl
 τὰ δὲ εὖ εἰδέναι χρὴ, καὶ ποσολέγειν, ὡς ἂν
 ἐθέλεις, ὅτι βλάβη μὲν ἐδεμῖν, ἔπειτα μικρὴ, ἔπει
 νεταὶ ἀπὸ τῆς ἔπειτα τρώματι, αἰχίον δὲ τὸ γ
 πὸ ὅσῃ ἐς τὴν ἀρχαίην ἐδρην ὁμοίως ἂν ἰδρ
 κει, ἀλλ' ἀναγκὴ πλεον ἢ ἔλασσον ὀγκηρό
Hac probè nosse expedit, & velut
si alioqui voles, quod nullum detri
parvū, neque magnum, humero ex
locus turpior evadat. Neq; enim
nam sedem similiter firmari poterit
exigit, sed necesse est, plus aut minus
ad supernam partem. Hoc itaq;
 noster instructus, Collegarum
 Honoratissimorum, DN. D. BAC
 & DN. D. WURDIGII, solert
 Ast, vidēre & hi, inanem prom
 locaturos. Quæ postea tent
 intacta maneant: illud saltem inn
 facilem cuivis rudiori, etsi, ne
 credulis obtrudenti, vilissimoq;
 inhianti, fidem adhibendam esse



præ-
 quò,
 ove-
 æce-
 rbis:
 άλλως
 μο γί-
 ρ τῆ π
 επιφύ-
 τὸ ἀνω.
 ere,
 que
 at, sed
 pristi-
 natura
 esse
 cò B.
 rum.
 ERI,
 ctus.
 n se
 aria,
 adeò
 insulsi
 ucello
 io hu-
 mano